BARTHOLOMAEUS DE MONTAGNANA

Salzburg, 1471 Seite 192r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8258
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



sitatis / de hoc igitur vngento
stomachus epar et locus splenis
ter uel quater in septimana
inungi possunt quolibet anni
tempore. Ex hijs itaque omnibus
remedijs utendo cum conuenien-
tia regiminis descripti in 2o ca-
pitulo principali preseruabitur ab in-
cursu egritudinum ad quas
videtur esse paratus / quod sibi
altissimus et misericordia gratis-
simus condonare dignetur.

In secunda parte ponenda
sunt remedia quam plurima
diuersis accidentibus et
egritudinibus subueniencia

Licet hic eximius doctor
non egrotet actualiter / tamen
propter augmentum humiditatis
habundantis in corpore eius / pa-
ratus est facile cadere in plu-
rimas egritudines. Et quoniam
plerisque conuenit viris iuris
consultis diuersas circuire ciui-
tates in quibus fortasse non
inueniuntur medici sciencia et
opere conuenienter docti. Id-
circo ut ipse possit sibi sub-
uenire quibusdam dispositioni-
bus discurram per eas / re-
gimen succincte conuenienter
curandi describendo cum me-
dicinis oportunis / ut nunc
sequitur. Primo itaque doctor
iste paratus est opilationibus
cerebri / tum propter augmentum
humiditatis in capite gene-
rate per viam indigestionis
que etiam multiplicatur in eo per
viam euaporationis. Id circo
si perciperet grauitatem capitis
cum difficultate expirandi
et inspirandi per nares / cum
pondere percepto ibi et in par-
tibus frontis et in concauo
palati in loco colatorij / et
prohibetur descensus eius quod

preparatum ad nares euacuare
solebat / tunc ista sunt signa
opilationum predictarum partium.
Idcirco quam citius est possibile
prouideat sibi ne perduceretur
ad epilemsiam apoplexiam uel
ad subeth. idest ad profundum
somnum / Primo ergo accipiatur
in aurora ℥ j. pillarum coccarum
et tardet cibum tribus horis
obseruando ea que in primis
pillulis in primo capitulo scripta
fuerunt / Et eadem die in vesperis
fiat gargarisma cum hoc medi-
camine. ℞ aque maiorane
aque foliorum lauri ana ℥ j. ß.
oximellis squillitici ℥ ij. pul-
ueris yreos subtilis grana .4.
calefiat coctum / et fiat ex eo
gargarisma .vj. uel .viij. vi-
cibus per horam ante cenam. Se-
quenti vero die per vnam horam
post ortum solis impleat os suum
aqua tepida et per nasum suum
trahat leniter .4or. uel quinque
vicibus de hac mixtione. ℞
aque maiorane ℥ ij. syrupi
de sticados ℥ j. zuccari albi
℥ ß. syrupi simplicis acetosi
℥ ij. impleatur vola .i. gauffen
manus / calida et trahatur
per nasum ut dictum est. Et ista
quatuor remedia possunt
conferre .iiijor. dispositionibus
scilicet opilationibus profundis
in cerebro / 2o opilationibus
colatorij / 3o opilationibus
rize uel superioris partis nasi
4to dolori grauatiuo capitis.

Si autem dolor in capite per-
ciperetur pungitiuus uel
morditatiuus / tunc consulo
quod statim faciat sibi fieri fleo-
botomiam de cephalica / contraria
parti magis grauate per quam
extrahantur sanguinis ℥ j. iiijor.

d. Subeth.
hoc accidit dno
Osiualdo. decano
ecclie Salzburgen
Siliter et dno .v.
plankenfelser epo
ecclie kyemen

de dolore
capitis
pungitiuo